



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecyus, Johannes

Monachii, 1615

XXII. Ecclesia benefactrix nostra magna ab impio offenditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

ritatis, corpus Christi, cœlestis Hierusa- *Apoc. 21.*
 lem, sponsa Christi, casta purissimaque *2. Cor. 11.*
 virgo appellatur. In eam impetu
 summo peccatum mortiferum
 incurrit, eamq; ludibrio & de-
 decore afficit. Obelum inferna-
 lem! O lætiferum Draconem!

CAPVT XXII.

*Ecclesia benefactrix nostra magna ab
 impio offenditur.*

Ecclesia, quæ, iuxta D. Am- *lib. 7. ep. 44*
 brosium, super Apostolicam æ-
 dificata petram manet, & inconcusso
 adversus impet^o seuientis salis perseue-
 rat fundamine, & multa, & magna
 in nos beneficia confert; Deo si-
 quidē nos, per Baptismum, gene-
 rat, lacte suo nutrit, blando sinu
 fouet, liberaliter educat. Tene-
 bris ignoratiæ discussis, in intel-
 lectu nostro fidem, *qua tanquã ab Prou. 4 13.*
aurora lumen iustorum incipiens pro-
cedit, & vt sapiens ait, ad perfectam
vsq; diē crescit, hoc est, sapientiam,

non huius seculi, nec principum huius seculi, qui destruuntur, sed sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, & quam prædestinavit Deus ante secula in gloriam nostram, explicat. Voluntatem virtute omni ornat, qua audiendo & faciendo supra petram ædificemus, & eos, qui audiendo tantum, & non faciendo ædificant super arenam, toleremus. Memoriam ad recolenda semper beneficia cœlestia, verbo prædicationis excitat. Potentiæ executrici non minus robur ad servanda diuina, & sua mandata, quam industriam ad cœpta perficienda, & prospero cursu concludenda impetrat, ad omne opus bonum incitat, torpescentes excitat, confirmat afflictos, jacētes erigit, laude bonos mulcet, malos terret, & ut nihil in vlla gratia desit, vires addens, diuineq; animos afficiens, ad perpetuam

petuam quandam crucē & corporis exercitationē (mortificationē vocamus) hortatur; utq; libidinib⁹ cæterisq; voluptatum illecebris bellum indicamus, cupiditates frangamus perpetuò monet; sicq; fructus in omni bonitate, & iustitia atque veritate progignit, ouesq; ex lupis, agnos ex leonibus, ex serpentibus columbas, ex agrestib⁹ & in fructuosis lignis cultas, & æternæ vitæ fructibus onustas arbores efficit. Et quando vita nostra præsens *Iob. 7. 1.* militia est, & nobis nõ secundum carnē, sed in virtute Dei, & potentia spiritus, sub vexillo Christi, contra hostes pugnandum semper est, omnem armaturam fortium habens, & mille insuper clypeos, arma nobis suppeditat, quibus possimus cornua portenti inferorum comminuere, Satanæque consiliis & furoribus oc-

currere, de peccatis, morte, & inferno triumphum agere, & vitam tandem illam beatam consequi, quæ, secretis malis omnibus, cumulata est honorum complexio. Atq; hæc tanta benefactrix ab impio offenditur. O impietas! O peruersitas peccat. mortalis!

CAPVT XXIII.

Qua pacto Ecclesiam Dei impius offendat

Impius variis modis Dei Ecclesiam offendit, primò vt mater nostra est, quia legē eius, fide Baptistismi fracta, dimittit. Secundò, vt sancta est, & in semetipsa iustificata, quia sanctitatē & iustitiam auerſatur. Tertiò, vt interpres est consilij Dei, diuinamq; autoritatē proponit, explicat, & vt ita dicam, fide pro Deo iubet, quia consilium malignantium sequitur, quod est amentissimum

Prou. 1. 9.

*Ezech. 4.
13.*

mum